



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Iacobvs Apostolvs. 25. Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

animo visa supplicia reliquerant, tantum potuere, ut elegerit in vitam redire, & alienas noxas in suo corpusculo plectere; probante ipso Christo Iudicet pium consilium. Horrescit animus narrare, quæ deinceps viva iterum virgo facere non exhorruit. Vnum vita tota portentum fuit. Nam, ut alia omittam, volucrem illa perniciate suâ vincere, & iam fornaces succensas ingredi, jam glacie duratas aquas subire, modò è patibulis se suspendere, modò facinorosorum rotis membra illigate, interdum per sentes & vepreta voluntari, canumque dentes in se armare. Porro vaticinia complura edidit. De decretorio illo Iudicij die magno animorum motu concionari solita sceleræ omnia, sed luxuriem potissimum, assiduo fletu gemituque damnavit. In supremo tamen morbo recreata est Angelicis modulis, iterumque è vitâ abiens non unam jam animam cælo intulit. *Ex Surio.*

Si est sub terrâ Tartari carcer, si est combustio ardens, si est Infernus sine fine crucians, quid stupemus quare non omnibus contemptis sola nobis cura sit evadendi à mali talibus, ne viventes mundo ad tantas tales, tam crudeles subito rapiamur pœnas?
S. Pet. Chrys. serm. 124.

S. IACOBVS APOSTOLVS. 25. July.

LAudes IACOBI scripturo pennam ultrò IACOBI volucres ingerunt. Audi iuventus, & patronum tuum mecum lauda. Ibant conjuges pii Compostellam, & trahebant pietatis suæ comitem filium formâ liberali juvenem. Out periculose castitas peregrinaris! Hospitis filia oculis capta adolescentis, capere etiam ipsum ntitur. Evadit hic muliebris amoris laqueos, sed non oddi.

Sub-

362 VITÆ S A N C T O R V M . 25.Iulij.

Subdola enim inter sarcinulas castissimi aureum craterem condit , & abeuntem de furto accusat. Damnatur ducitur , & in crucem tollitur ; sed non moritur innocentia. Dum enim mœsti parentes iter relegunt , dum ægræ & pedes trahunt & animas necestus scipione filio amitto , dum frui illos vel pendentis aspectu juvat , ecce ab infelici arbore filius : Quid lacrymis vivo parentas mater ? vivo Dicitur MATRE & IACOBO succollantibus : i , Iudici dic , ne damnare perget , quem mors absolvit . Vix haec ille ad matrem , cum mater hoc ad Iudicem mente accumbentem . Hic ; tam scilicet filius tuus vivit , quām assū hic cum gallinā suā gallus , qui laetus unūtusque sepulchrum stomachum expectat . Iam carpere parabat , cūm gallus & gallina in vitam se erigunt , innocentie victoriais applaudunt , gallus etiam Pæna carit . Ergo damnat se ipsum lumen , & innocentem missum facit , volucrum vero proles posthumā etiam hodie plumas suas cum laubibus IACOBI in omnem orbem spargunt , numquam omnes licet tot quoti 'ie vellicent , evellendas . Ex L. Marineo l. 5. de reb. Hisp. c. ult .

Quid dulius quid in corde dulcius , quid in terra quietius est , & securius bona conscientia ? damnorum non metuit , non verborum contumelias , non corporis cruciatus , quin & ipsa morte magis erigitur quām deprimitur . S. Bern. l. de Cosid .

S. C H R I S T O P H O R V S M. 25.Iulij.

C H R I S T O P H O R V S , sive corporis sive animi spectes robur , semper magnus , nomen hoc suum reportasse tunc creditur , cūm CHRISTY sub pueri vultu per aquas transportavit , non ma-

gui
per
fuis
sti
ad
conf
picta
stru
impe
us n
cui e
tem
me f
vite
tum
noxi
sui o
CHR
vices
batu
ire pe

B
dece
rege
illa .
prep
tific .

F
tra ha
quod
festu
gul